

IOANNIS  
PASSE R A T I I;  
ELOQVENTIÆ  
PROFESSORIS, ET  
INTERPRETIS  
REGII.

Kalendæ Januariæ, & Varia quædam  
. Poëmatia.

*Quibus accesserunt eiusdem Authoris Miscella-  
nea nunquam antehac typis mandata.*



PARISIIS,  
Apud ABEL ANGELERIVM  
In aula Palatij.

---

clo. loc. VI.

Cum Regis privilegio.





IO. PASSERATIVS  
IO. IACOBO MEMMIO,  
HENRICI E. LIBELLO-  
RVM SVPPPLICVM IN  
REGIA MAGISTRO,

S. D.



HARTEAM meam  
supellectilem cùm  
nuper recenserem,  
aliquot scidas reperi,  
Kalendarum Ian. ti-  
tulo inscriptas. Eas (quæ nostra ne-  
gligentia est) sparsas, & cōfusas, legi,  
collegi, digessi in ordinem: nec in-  
iucundum tibi fore putaui anno no-  
uo munusculum. Obtuleram olim  
patrī tuo V. C. singula ista poēmatia

ā ij



*Nil opus est sculptore: tuos quicunq; libellos  
Viderit, ille tuam nouerit effigiem.*



# CALENDÆ IANVARIÆ ANNI M. D. LXX.



*I X tetigit metas decurso prouus Olympo:  
Ecce indefessos sublimi carcere  
mittit  
Phœbus equos; & more patrum  
nouus imperat annus  
Festis muneribus Iani celebrare Calendas,  
Feminei quondam fuerant qui Martis honores.  
Quæ tibi, quæ, M E M M I, sollemnia dona feremus?  
Omnis Apollinea quando est mihi census in arte,  
Auderem exigui tenues expromere faetus  
Ingenij, geminosque tibi sacrare libellos  
In veterum versus & curta poemata vatum,  
Aegaeum nisi portet aquas, ridendus, in æquor,  
Quisquis te donat libris, aut posse doceri  
Memmiadem sperat. nam quis te antiqua, sepulta,*

**Q**uae sequuntur, quamuis ad Calendas Ian. nihil  
pertineant, quia tamen vel Henrici Memmij iussu, vel  
in eius gratiam scripta sunt, iis vilum est adtexere.

---

**A**d Henricum Memmium, & Pimpuntium, de  
lite ab iis frustra Præsidi commendata.

**D**a veniam, Memmi, veteri confusus amico,  
Nil potes; exigui non præbet temporis usum  
Pollicitus. quid enim dat verba, silentia posco.  
Pimpanti, ignoscas; non est tua gratia tanti,  
Sæpius ut redeat confusa pudore repulsa  
Calliope, vacuas ambit dum iudicis aures.  
Turba salutantum, nimis officiosa, valete;  
Et cum supplicibus roties fora trita libellis:  
Quod perire perysse puto: nihil amplius addam.  
Quicquid erit, litem malo quam perdere tempus.

---

**PALINODIA.**

**E**stis, iò, Musæ, non numina surda vocanti.  
Tradit enim nobis placidas nunc Præsidis aures  
Memmius, Aonia spes ac tutela ceteræ:  
Et Graio Latioque potens Pimpuntius ore.  
Quique aperit nostræ verbosa ænigmata litis,  
Explicat ambages patribus, doctissimus equi,

IO. PASSERATII  
 ELOQVENTIAE PRO-  
 FESSORIS ET INTERPRETIS  
 Regij Miscellanea non adhuc  
 typis mandata.

Cantati versus Galliae, & Andinæ prouinciarum nomine in conuiuio quo magnificentissime Regina mater Polonos excepit.



*V* M tot opes regni, tot celsis op-  
 pida muris;  
 Tot semper uirides stringentia  
 flumina ripas;  
 Dilectos campos Cereri, mon-  
 tesque Lyæo;  
 Insignesque armis populos, belloque frementes  
 Afficio, & structos utroque in litora portus:  
 Tum geminas cum voce manus ad sidera tendo,  
 Ac superis meritas conor persoluere orates,  
 Fuderit hic plenum quod diues capia cornu.  
 Me tamen in primis sceptrum qui gestat unitum  
 Carolus, Hectorei genus alto à sanguine Franci,